



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Margarita Regina. 10. lunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

9.Iunii.
s allam
entibus,
ngerent-
s, & suf-
t: men-
Præside,
identia:
nt, Pri-
ue face;
n plumb-
nam bi-
animos-
tiam se-
contin-
tes asti-
capaces
c animi
, quam
uod dili-
de averti-
en:ia est,
Maced.
mii.
VESTRO
a B. Jo-
xercuit,
acilè lo-
Sed re-
Christus
isericor-
illi vilus
excidit,
sed

10.Iunii. VITÆ SANCTORVM. 287
sed velut semper eadem spectacula expeteret, illa
crebrò inter lacrimas, & singultus verba jaculari
ad cælos auditus est: *Ad te levavi oculos meos, qui
habitas in celis.* Ad quæ verba mirabatur ille, non
ad instar ceræ liquefcere hominum corda. Hæc
iraque eremiticam vitam persuasere viro, mutato
Venturæ in Vincentii tunc nomine. Insidiantem
castitati suæ amorem cum sentiret, urticis tergum
suum armavit; & ecce fugit ille, & dum flagra ti-
muit, puerum scilicet se probavit esse. Sub hæc,
ut tutior inter plures Dœ militaret, Camaldulen-
sium cœtui se junxit, & SYLVESTER deinceps di-
ctus culinam primò, tum triclinium curavit,
utrumque magno modestiæ, & obedientiæ exem-
pli. Orationis intereà perquam studiosus, eam
imbibit sapientiam, ut jam Fullonē nostrum velut
Apollinem doctissimi quique fidei Doctores adi-
rent. Sub extremum morbum iterum Christum
aspectabilem habuit. Et cur non oculos SYLVE-
STRO ille clauderet, ad quem semper ille levavit
oculos? Ex Chron. Camaldul.

Tibi quondam abjecto, tibi extruso à Paradisi sedi-
bus, tibi in pulverem & cinerem dissoluta potestas data
est, ut de longinquo ad tuum revertaris auctorem, liber-
tus efficiaris ex servo, de extraneo proveharis in filium.
S. Leo serm. 2. de Nat.

S. MARGARITA REGINA. 10.Iunii.

Cape has è MARGARITA Scotorum Reginæ
muliebri mundo gemmas, nulli sexui, nulli
ætati indecores. Malcolino Regi nupta, omnium-
que titulorum particeps, nullum cupidius, quam
matris pauperum affectavit, meruitque non in
suo tantum regno, quod liberalitatem ejus non ce-
pit;

pit; quemadmodum neque dies in pieratis opera ei sufficit. singulis noctibus Matutinum, quem vocant, cursum de SS. Triade, tum de Cruce, denique de Virgine Deiparâ absolvit. Annexuit his votivas pro mortuis preces, & Davidis Odatis: quid post hoc pensum somno relictum est? quem tamen ne tum quidem admisit, priusquam sex pauperum pedes abluisset. Diem sic auspicata est. Novem infantulos, quos à suis neglectos matribus educabat pro suis, nutricularum occupato officio, pascebat cibos ori ingerens, & quidem genibus nixa, ut reverentiū haberi non possem, si vel cælo lapsi fuissent. Trecentis aliis, sed adulteribus, partito cum rege ministerio, cibum inferebat. Tum repetitæ preces utique penetratur cælum, cùm tot pauperum appreciationibus sublevarentur. Idem publicè prodeuntem stipabam catervatim, vile satellitum, sed ad Superos profecturæ percommodum. In cuius itineris procinctu cùm semper stetisset, edocta tandem divinitus est, quando migrandum esset. Mortua toto vulnere rubuit. Sensisse plausus dices, qnibus tam rauis virtus in cælo accepta est. *Ex Surio.*

Septem horarum Canonicarum officia, quasi septem baptismatum lavacra in Ecclesiæ sunt gremio constituta; ut septem offendionum maculas, quas ex quotidiana vita hujus conversatione contrahimus, totidem oratione quotidiane fluentis expiare conemur. S.P.Dam.op.10.

SS. BASILIDES & SOCII MM.

10.Iunii.

Offenduntur delicati, cùm viam iis regiam, quæ ad cælum dicit, stratam crucibus ostendimus; cùm per vepreta, quæ Christus calcavit,

per